

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. L. De Delictis Ministrorum Principis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

futura inopia defenderet o), aut principe permittente coemit, nisi tempore caritatis p) uenales non habet.

* Praxis non nisi annonæ suppressæ publicationem approbat.

§. DXL.

Collegium, quod sine principis consensu coiit, dissoluitur & illius membra coercentur ex iudicis, causam collegii & qualitatem coeuntium attendentis, arbitrio q).

Collegium illicitum.

TIT. L.

DE

DELICTIS MINISTRORVM PRINCIPIS.

§. DXLI.

Ministri principum uario delinquant modo, speciatim ubi (a) principi in deum aut superiorem peccanti adstant r), (b) arcana principis reuelant amicis & domesticis suis, (c) officia publica principe prohibente negotiantur s) &c. Eorum pœna est priuatio salarii, honoris, muneris, & pro qualitate damni

Ministri principum quando delinquant &

S 4

princi-

o) BRUNNEMANN *Dardanarius?* §. II. 12.
 de *Dardanariis* c. 4. n. q) HEIL c. 1 p. 452.
 7. HEIL *iud. & defens.* r) LEYSER *Spec.*
 P 444. DLXXI. m. 20.
 p) KRESS *probl.* s) *Id. c. spec. m. 38.*
Virum Iosephus fuerit

principi aut reip. dati, corporis adflucti-
ua uel capitalis.

§. DXLII.

quando de-
linquere
uideantur.

Contra in delinquentibus non sunt (1) qui iussis principum, legi diuinæ contrariis *t*) aut superiori principi iniurias adferentibus *u*) obsequi, uel (2) iniusta principis facta defendere & excusare nolunt *x*); (3) qui gerunt ministrissimum, quem legitimis modis obtinuerunt *y*); (4) præcipui ministri, qui negotium reip. damnosum ex consilio totius senatus expediunt *z*).

§. DXLIII.

Barattariæ

Barattaria * seu *repetundarum* reus est minister publicus, qui *δαροδοκος* in officio suo facienda omisit, uel omittenda fecit *a*).

* Cuius nominis rationem euoluit G O D. L V D. MENCKE d. de crim. baratt. th. 3.

§. DXLIV.

crimen

Itaque (1) donorum * acceptatio, (2) munus publicum & (3) dolus accipientis, nec non (4) animus magis aut minus faciendi officium, constituunt crimen barattariæ.

* Donata

z) LEYSER. sp. DLXX. m. 6.

y) I D. c. sp. m. 21. seq.

z) I D. c. sp. m. 27.

u) Id. c. sp. m. 13.

a) MENCKE d. de

x) Id. c. l. m. 7.

crim. baratt. th. 15.

* Donata fuerit pecunia an res alia, perinde est. Sic quoque huc pertinet emtio numo facta.

§. DXLV.

Crimen barattariæ, quia falso non ad arbitrarie modum dissimile est, arbitrarie *, & qui punitur. dem pro diuersa malitia delinquentis & quantitate damni dati diuersimode (§. CCCCXLIV.), u. c. priuatione famæ ac dignitatis, relegatione &c. punitur b). A qua pcena non liberant (1) beneuolentia donatoris, aut (2) iustitia causæ, quam iudex donorum intuitu promouit c), atamen (3) illud, quod pecuniam extra muneris sui rationes acceperit, aut (4) ob acceptam haud magis minusue fecerit officium d).

* Olim iudices & magistratus criminis repetundarum reos dignitate priuabat, & X. libr. auri multabat L. Wisigoth. XII, 1, 2. redhibitionem lucri ac pœnam pecuniariam iis imponebat L. Baiuar. II, 18. Ast L. Ripuar. LXXXVIII. hoc crimen semper, ex dispositione uero R. Theodorici tunc capitale erat, ubi pecunia corruptus innocentem ad mortem condemnauerat. Ed. Theod. 1. seq.

§. DXLVI.

Qui simulato officio, aut magistratus Concussio. iussu alicui terrorem incutit pecuniæ uel alterius rei extorquendæ gratia, concussio-

S 5 nis

b) CARPZOV pr. crim. cast. concl. 20. 11. qu. 93.

c) ZIEGLER Di- d) HEIL c. l. p. 407.



nis reus est, & arbitrarie punitur. Sufficit hic metus accusationis, fidei amittendæ, aliusue incommodi. e).

§. DXLVII.

De residuis.

Qui reditus publicos, quorum administrationem in se suscepit publice, dolo malo conuertit in suos usus, crimen *de residuis* commisisse dicitur. De quo crimine in antiquis legibus quicquam me legere non memini. Hodie uero singulares illæ constitutiones, quæ vom anvertrauten Guthe, publicatæ sunt in *Saxonia Electorali f)*, *Marchia g)* & *Ducatu Brunsvicensi b)* suam pœnam in fraudulentos administratores statuunt. Hæc tamen locus non datur, (1) ubi administrator iureiurando non fuit obstrictus de officio suo rite subeundo *i)*, aut (2) constitutionem pœnalem ignorauit *k)*, aut (3) culpam tantum in administratione commisit*. Perfidam uero administratorem propterea quod ei animus fuerit & facultas ablata restituendi a pœna ordinaria neque lex neque praxis Saxonica *l)* liberat. Quod si uero

e) DAMHOVDER *pr.* wegen untreuer Diener und Boten.

f) *p.* IV. *const.* 41. *Mand.* de A. 1705.

g) *Edict.* 1683. d. 22. Ian.

h) *Constitutio Henrici Iulii* d. 1. Aug. 1594.

i) CARPZOV *Iurispr. forens.* I, 42, 2.

k) CARPZOVII d. de *crimine residui* nr. 8.

l) *Id.* c. d. n. 19. 25.

uero numos, si quos in suos conuerterit usus, rationibus intulerit sub salarii sibi debiti nomine, aliud dicendum erit *m*).

§. DXLVIII.

Index qui uel odio uel alio adfectu *Syndicatus*, motus illegitime processit aliquem male iudicando, sine legitimis iudiciis torruræ subiiciendo &c. reus est *syndicatus*, & arbitrarie punitur (§. CCCXLIV.). Sententia, quam pronunciauit, quum sit ipso iure nulla (§. eod.), in rem iudicatam nunquam transit.

§. DXLIX.

Ambitus & Simonie crimina prætereunt germanorum leges. Hinc eorum naturam ac pœnas sciscitaturum ablego ad ius ciuile Ro. & Canonico-Pontificium.

TIT. LI.

DE

DELICTIS MILITARIBVS
ET MARITIMIS.

§. DL.

Militum delicta uel *communia* esse uel *Delictorum propria*, inter omnes constat. *Hæc* *militarium* dicuntur quæ uis dicta factaue cum fide aut disciplina militari pugnancia.

§. DLI.

m) FAVST. a STROM. c. 2. p. 21. comment. ad
BERG tr. de crimin. C. C. art. 170.

